



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

Capitulare tertium anni DCCCXIX. sive capitula de interpretatione legis
Salicae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-19366

607 ANNO CHRISTI
819.

Capitularia

LVDOVICI PII
I M P. S.

ix.

qui easdem res Ecclesiis condonaverunt.
Similiter & Ecclesia eandem legem ha-
beat adversum petidores suos, tantum fal-
va nostra iustitia.

De quarto capitulo expectandum cen-
suimus donec cum pluribus fidelibus
nostris inde considereremus.

CAPITVLARE TERTIVM
ANNI DCCCXIX.

S I V E

CAPITVL A DE INTERPRETATIONE LEGIS SALICÆ.

*Nunc primum edita ex duobus antiquis codicibus manuscriptis, uno bibliothecæ
regie, altero sancti Remigij Remensis.*

IN NOMINE DOMINI.

INCIPIVNT CAPITVL A LEGIS SALICÆ.

De capitulo primo, id est, de mannire.

I. **D**E hoc capitulo judicatum est ut ille qui mannit spatium mannitioe sue per quadraginta noctes habeat. Et si Comes infra supradictarum noctium numerum mallum suum non habuerit, ipsum spatium usque ad mallum Comitis extendatur, & deinde detur ei spatium ad respectum ad septem noctes. Inde non noctium spatia, sed proximus mallus Comitis ei concedatur.

De xi. capitulo legis Salice.

II. Si quis servum alienum occiserit vel vendiderit, vel ingenuum dimiserit, mille quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabitis judicetur, excepto capitale & delatura.

De hoc capitulo judicatum est ab omnibus, ut si ille servus qui iniuste venditus vel ingenuus dimissus appareret, non alter pro eo in loco illius restituatur: quia dixerunt aliqui quod idem servus, qui ingenus dimissus fuerat, denuo ad servitium redire non debeat, sed pristino & domino & servitio restitutus fiat judicaverunt.

De xiv. capitulo legis Salice.

III. Si quis ingenuus ancillam alienam in conjugium acceperit, ipsi cum ea in servitio implicantur.

De hoc capitulo judicatum est ab omnibus ut si ingenua femina quolibet servum in conjugium sumperferit, non solum cum ipso servo in servitio permaneat, sed etiam omnes res quas habet, si eas cum parentibus suis divisias teneret, ad dominum cuius servum in conjugium accepit perveniant. Et si cum parentibus suis res paternas vel maternas non divisit, nec alii querenti respondere nec cum suis hereditibus in rerum paternarum hereditate ultra divisor accedere possit. Similiter & si francus homo alterius ancillam in conjugium sumperferit, sic faciendum esse judicaverunt.

Item de codem capitulo.

IV. Si quis uxorem alienam vivo marito tulerit, octo milia denar. qui faciunt solidos ducentos culpabilis judicetur.

De hoc capitulo judicatum est ut vivo marito cui eadem uxor contra legem subtraeta fuerat, ab illo qui eam ei iniuste tolerat cum lege redditia fiat suprascripta, id est, ducentis solidis.

De xxvi. capitulo.

V. Si quis puer infra duodecim annos aliquam culpam commiserit, fredus ei non requiratur.

De hoc capitulo judicatum est ut si infans infra duodecim annos res alterius iniuste sibi usurparerit, eas, excepto fredo, cum

cum lege sua componat, & ita manniatur sicut ille mannirit cui contra legem fecit, & ita à Comite ad mallum summi adducatur sicut ille adduci potest cui contra legem fecit. De hereditate verò paterna vel materna si aliquis cum interpellare voluerit, usque ad ipsatum duodecimum annorum expectare judicatum est.

V I. Iudicatum est ab omnibus ut si francus homo vel ingenua femina in servitio sponte sua se implicaverit, ut si res suas, dum in libertate sua permanebat, ad Ecclesiam Dei aut cuilibet legibus tradidit, ipse cui tradita fuerint eas habere & teneare posuit. Et si filios vel filias, dum in sua fuit libertate, generavit, ipsi liberi permaneant.

De xxxvi. capitulo.

V II. Si quis servus hominem ingenuum occiderit, ipse homicida pro medietate compositionis parentibus hominis occisi tradatur, & aliam medietatem dominus servi se novent solvitur. Aut si legem intellexerit, poterit se obmallare ut leoden non solvat.

Quia nullum de ecclesiastico aut beneficiario vel alterius persona servo discretiō nem lex facit, si ita ecclesiastici aut beneficiarij servi sicut liberorum tradi aut dimitti possunt, ad interrogationem Domini Imperatoris reservare voluerunt.

V VIII. Dexlvi. capitulo, id est, Qui viduam in conjugium accipere vult, judicaverunt omnes ut non ita sicut in lege Salica scriptum est eam accipiat, sed cum

parentorum consensu & voluntate, velut usque nunc antecessores corum fecerunt, in conjugium sibi eam sumat.

De xlvi. capitulo, De eo qui villam alterius occupaverit.

I X. De hoc capitulo judicaverunt ut nullus villam aut res alterius migrandi gratia per annos tenere vel possidere possit, sed in quacunque die invasor illarum rerum interpellatus fuerit, aut eisdem res querenti reddat, aut eas, si potest, juxta legem se defendendo sibi vindicet.

X. De affatomie dixerunt quod traditio fuisset.

De hoc capitulo judicatum est ut sicut per longam consuetudinem antecessores corum facientes habuerunt, ita & omnes qui lege Salica vivunt in antea habeant & faciant.

X I. Et hoc judicaverunt, ut si servus chartam ingenuitatis adulcerit, si servus ejusdem chartae auctorem legitimū habere non potuerit, domino servi ipsam chartam fallare liceat.

X II. Et hoc judicaverunt, ut omnis qui alterius aliquid querit, licentiam habeat prius sua testimonia producere contra eum. Et si ille cui queritur dixerit quod legibus teneat ea que tenet, & talia sunt testimonia qui hoc veraciter adfirmare possint, judicaverunt ut hujus rei veritas secundum capitula Domini Imperatoris, que prius pro lege tenenda constituit, ret veritas comprobetur.

CAPITVLARE QVARTVM ANNI DCCCXIX.

Incipiunt capitula que per se scribenda & ab omnibus observanda sunt.

- | | |
|-------------------------------------|--|
| 1. D e forcapuis. | 6. <i>De mancipiis in villas dominicas confugientibus.</i> |
| 2. <i>De terra tributarria.</i> | 7. <i>De foreribus noviter institutis.</i> |
| 3. <i>De beneficiis destruetis.</i> | 8. <i>De postibus per diversa loca emendandis.</i> |
| 4. <i>De terra censali.</i> | |
| 5. <i>De nanis & decimis.</i> | |